



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliae Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr.
Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriae
Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF.
Prædicatorum**

**Lanuza, Jerónimo Bautista de
Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.**

Licentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53084)

APPROBATIO.

HAs Homilias super Euangelium SS. Sacramenti cum expositione Missæ, quas composuit pie memorie R. ^{mus} Dominus D. Fr. Hieronymus Baptista de Lanuza Episcopus Barbastrenf. & Albarracinus, & post mortem eius ex scriptis illius originalibus collegit P. F. Ioannes Laurentius Cayrosa Lector Theologie in Conuentu Cæsar-augustano Ordinis Prædicatorum, examinavi ex commissione Illustris Domini D. Francisci Terre Canonici & Decani Ecclesie Cathedralis Barcinonæ, Vicarij Generalis Excellentissimi Domini Episcopi eiusdem ciuitatis: & euidenter conuincuntur esse filij eiusdem ingenij cum ceteris, quæ tanta acceptatione & applausu per omnes terræ partes receptæ sunt, in quibus Doctrina Catholica S. Romanæ Ecclesie cognoscitur. Quocirca assero securissime dari posse licentiam eas imprimendi, & euulgandi, vt horum laborum fructibus gaudeant, non tantum prædicatores, quibus singulariter proderunt, sed insuper omnes Lectores, ob insignem quam continent, doctrinam, subtiles conceptus, spiritum & pietatem, pro rei dignitate, quæ in illis tractatur, & æquum est sperare omnes ab Auctore, quem tanta pietas, deuotio & doctrina commendant. Sic iudico, & propria manu subscribo In Conuentu S. Catharinæ Martyris Barcinonæ 24. Ianuarij. 1626.

FR. THOMAS ROCAMAGISTER.

LICENTIA.

Nos D. Franciscus Terre V. I. D. Decanus & Canonicus Ecclesie Barcinonæ in spiritualibus & temporalibus Vicarius Generalis & Officialis pro illustrissimo & Reuerendissimo D. D. Ioanne Sentis Dei & Apostolicæ sedis gratia Barcinon. Episcopo Domini nostri Regis in Principatu Cathalonie; & Comitibus Rossilionis & Ceritanie locumtenen. & Capitaneo Generali eiusque Conciliario concedimus licentiam imprimendi prædictas Homilias attendita supradicta relatione. Datum Barcinonæ die 24. Mensis Ianuarij 1626.

Imprimatur.

D. FRANCISCVS TERRE.
Vicar. Gener.

APD